Universitätsbibliothek Paderborn

In Divvm Hiob Brevissima, Iohannis Bvgenhagij Pomerani Scholia, quibus ueteris tralationis nubila dispelluntur

Bugenhagen, Johannes

Argentorati

VD16 B 9326

Capvt XXXI. Pepigi fœdus cu[m] oculis ut ne co.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36500

Visual Library

rupto muro) ſicut ſolent irrūpere hoſtes. Deuoluti ſunt.i.concurrerūt. Marceſcit) perit. Nocte os meum perforatur doloribus, ſ. à familia. In multitudine) per multitudinē. Eorū, ſ. qui comedūt me. Quaſi capitio tunicæ.i. quaſi uili palliolo. Sto, ſ. in oratione ad te. Mos ſtandi erat in oratione. In duricia, Vel robore. Eleuaſti me, ſ. ante per gloriā. Ad tantam gloriam me prouexiſti antea, ut grauiore caſu deijceres.

Eliſiſti, deieciſti. Super uentū ponens, id eſt, ſuper nihil. Vbi, in qua morte. Omni uiuenti.i. omni qui uiuit in terris. Veruntamen non ad conſumptionē, id eſt, alijs afflictis ſubuenis, & quandoq; releuas eorum miſeriā, me autē penitus deſeris. Emittis manū tuam, id eſt, ſoles flagellare. Ad conſumptionem) extinctionem. Saluabis) liberabis. Flebam. Hic rurſum incipit cum capite ſequenti dicere de fructibus iuſticiæ. Efferbuerunt, exuſta ſunt. Præuenerunt me, id eſt, uenerūt ante tempus. Mœrens incedebā, non gloriabar in gloria mea. In turba clamabam, ſ. contra uim. frater fui draconū, id eſt, impijſſimorū fui ſocius. Hæc eſt magna laus pij hominis inter impios poſſe manere innocentē. Præ caumate, id eſt, calore. Calor enim ulcerum abſorbet corporis ſuccum.

Cythara mea) gaudium meum.

CAPVT XXXI.

Pepigi fœdus cū oculis meis ut ne co.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Pepigi fœdus.i.ita ſtatui apud me, ut ne oculus qui
Contra adulterium. dem meus appeteret aliena. Vides quàm optime intel-
lexerit Hiob præceptũ, Non adulterabis, Sicut expo-
nit Chriſtus Matth.5. De uirgine) in nupta, ut tace-
am aliud. Quã enim partẽ haberet? ſ. ſi eſſẽ adulter.
Hæreditatẽ, ſ. quã haberet ĩ me. Perditio, dãnatio.
Et alienatio, ſ. à deo. Si ambulaui. Imprecatur ſibi
malũ ſi non ita ſit quẽadmodũ dicat. In uanitate, ſ. ſen
ſus mei. In dolo, uel, ad dolũ. Simplicitatẽ, innocen
Cor ſolet decipi. tiã. Si declinauit greſſus meus.i. ſi nõ manſi in præce
ptis dei. Si oculus meus ſecutus eſt cor meũ.i. ſi con-
cupiui quod uidi. Serã & alius comedet.i. alius acci-
piet laborẽ meum. Super muliere, uxore alterius. In
ſidiatus ſum, ſ. propter uxorẽ. Vxor mea ſit ſcortũ
alterius) ſi hoc ita eſt, uxor mea fiat ſcortum alterius.
Ignis eſt, ſ. adulteriũ. Deuorãs, ſ. adulteriũ. Geni
mina) fructus. Cũ ſeruo meo, ſ. quando habuit aliqd
aduerſum me. Non dedignabar etiã reconciliari ſeruo
& ancillæ. Quid faciã, ſ. ſi contẽpſiſſem in hoc famu
los meos. Qui et illũ, ſ. ſeruũ. Vnus.i. idẽ dominus.
Oculos) deſyderiũ uiduæ. Bucellam, panẽ Pupil
lus, qui eſt deſtitutus omni auxilio hũano. Miſeratio,
miſericordia. Si deſpexi prætereuntẽ. Ex hebræo, pe
untẽ. Pauperẽ, ſ. ſi deſpexi. Latera, corpus. Benedi
xerũt, gratias egerũt. Si leuaui, ſ. ut cũ opprimerẽ. In
porta, loco iudicij. Et brachiũ.i. p eat oẽ robur meũ

& auxil

& auxiliũ. Talia fecĩ, q̃a ſemꝑ timui deũ. Põdus eius i.timorẽ quẽ ſæpe mihi ĩmittebat. Aurũ, ſ. quod poſſe di. Robur. Ex hebræo potius ſpem, ſ. eſſe. i. Si cõfiſus ſum in diuitijs meis. Obrizo, auro optimo. Fiducia mea, ſ. es. Et ſi lætatus ſum. Non ſolũ non cõfiſus eſt, ſed ne gauiſus quidẽ de diuitijs. In abſcondito) intus. Si oſculatus ſum manũ meã) de Idololatria interpretantur. Sic aũt interpretarer, Negationẽ dei eſſe, quũ uides tibi oĩa proſpere ſuccedere, & oſcularis manum tuã. i. illa tuis opibus aſcribis, quaſi tu, nõ deus hæc faciat. Itẽ quũ tuis operibus quibuſcũq; aſcribis ſalutẽ.

Et oſculatus ſum) laudaui talia et dilexi. Inueniſſet eum malũ) ueniſſet ſuper eum. Guttur) loquelã, hoc eſt, Ne uerbo quidẽ uindicaui me. Vt expeterẽ, ſ. uindictam. Maledicens animã eius, id eſt, eum. Viri tabernaculi, id eſt, familia. Quis det &c hoc eſt, Ita egi cum eis, ut ſemper cuperent ex præſentia carnis meæ, id eſt, corporis, ſatiari, hoc eſt, gaudere. Beatus Thomas retulit ad hiſtoriam corporis Chriſti, uidetis quã belle quadret: Item, mei ſic inſtituti erant, ut non deſyderarent aliena pro uictu. Iuſtus dominus, iuſtam habet familiam. Quis det) utinã ſaturaremur. Foris non manſit peregrinus, ſ. quem non induxerim.

Quaſi homo, id eſt, quod non confeſſus ſum coram deo, id eſt, ego ſemper agnoui peccatum meum. Et, ſ. ſi celaui. In ſinu, id eſt, ĩ corde. Si expaui, ſ. propter

Iuſticiam. Ad multitudinem) propter multos. Si expaui, ſ. exequi iuſticiam. Si quid mihi erat agendũ, hoc non omiſi propter multitudinẽ. Contra noſtra tempora, ubi difficile defendimus Euãgeliũ. Deſpectio propinquorũ .i. ꝙ propinqui deſpiciebant me monentes, ne hæc facerem, ne illa omitterẽ, ſed nihili ducebam: nec egreſſus quidẽ ſum propter hoc: uerũ quod iuſtũ erat exequebar. Tacui) nihil reſpondi, non curaui. Neq; egreſſus ſum oſtiũ, ſ. propter hoc. Quis mihi tribuat auditorem, id eſt, utinam aliquis me audiat. Vt ſcribat librũ, id eſt, ſciat mea. Vt portẽ illum, ſ. librum. Quaſi coronam, ſ. in capite. Pronunciabo illum, ſ. librũ. Per ſingulos gradus .i. quocũq; tranſiero. Quaſi principi) illi ipſi deo. Terra mea, ager meus. Si clamat, ſ. negata mercede agricolæ. Sulci eius, ſ. terræ, Sulcos addit, ut terrã ſignificet eſſe agrũ. Deflent cum ipſa, ſ. terra. Absq; pecunia, ſ. data. Si afflixi, ſ. negata pecunia. Animã agricolarum eius .i. agricolas eius. Pro hordeo ſpina .i. deus maledicat terræ meæ, ut nunquã producat bonos fructus. Hic additur in hebræo, Finiunt uerba Hiob.

CAPVT XXXII.

Omiſerunt aũt tres uiri reſpondere. Eo ꝙ non inueniſſent reſponſionẽ rationabilem) Et ſapientia quoq; mũdi dictat rõne potius oportere.